Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift

precauis sue solita consolatione. quia pphetam suum
se tamen nichil de esse pmisit. Et dixit eidem
consobrine sue audientibus illis qui aderant. ut alia
illa curaret. ipse autem uelle interim hortum et
uiridarium ac domos eius circuire et uidere.
qualiter illa manerent. Et sic de industria per
alia circuiens. peruenit usque ad cellarii ostium.
et interrogans quid in illo tecto haberet. respon
dit minister cellarium esse. Iste autem uir sci
dixit se illuc intrare uelle. Cui cum nemo au
deret contradicere. interrogauit cellerarium
si haberet in aliquo de ipsis uasculis aliquid
uini. Et de signato uasculo. in quo aliquid
uini remansit. dixit. Claude ostium. et sta
de ista parte. usque dum ego reuertar ad te.
Et pgens ad alteram frontem uasculi. quem erat
in modice quantitatis et genua flectens
ad orationem orauit diutius. et cepit uinum
per foramen superius pquod eidem uasculo infusum
fuit adeo redundare. ut supra pauimentum